



## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Approbatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

## APPROBATIO.

**O**pera omnia etiam hactenus non visa R. P. Hieremiæ Drexeli, magni è Societate IESV Ecclesiasta, digna sunt ut lucere videant: sunt enim tanto sententiarum pondere ditata, tantisq; sanctorum placitis dotata, ut gloria Dei promo-venda ac animarum bono pietatiq; instruenda multum deserviant, digna itaque ut tanti magistri opera à Theologis, Parochis, Catechistis, aliisq; tanquam hæresi extirpanda, pietati fovenda accommoda legantur. Quare ut posteritati tradantur prælum iteratò videant. Actum Antverpiæ, die 25. Augusti, 1643.

GASPAR ESTRIX S. T. Licent.  
Plebanus, ac Lib. Censor.

## COPIA PRIVILEGII SOCIETATIS IESV pro sacro Romano Imperio.

**C**um ex mandato Sacræ Cæsareæ Majestatis, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, atque aliis quibuscumque librariam negotiationem exercentibus, seriò strictèque inhi-beatur, ne quis libros ullos à Societatis nostræ Patribus hactenus editos, aut edendos imposterum, intra sacri Romani Imperii, Regnorùmque & Dominiorum Sacræ Cæsareæ Majestatis hæreditariorum fines, simili aliòve caractere aut formâ, sive in toto, sive in parte, excudere vel recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impressos invehere, vendere, aut distrahere clàm, seu palam, citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat vel præsumat; ego ANDREAS IVDOCI Societatis IESV per Pròvinciam Flandro-Belgicam Præpositus Pròvincialis concedo Viduæ & Hæredibus Ioannis Crobbæri facultatem excudendi ad duo-decim annos proximos, R. P. Hieremiæ Drexeli è Societate nostrâ opera omnia duobus voluminibus comprehensa, & seorsim in singulis libris à diversis Societatis nostræ Præpositis Provincialibus olim approbata. In cujus rei fidem litteras manu meâ subscriptas, & sigillo officii mei munitas dedi, Antverpiæ anno M. DC. XLIII. die 1. Septembris.

ANDREAS IVDOCI